



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt LVI. Hominis esse vitium, si cadat; meritum si vincat. Quod in pluribus exemplis demonstratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

indigni sunt diuisi luminis gratia, sed etiam ad illud suscipiendum se inidoneos reddunt. Quis ergo diuinæ bonitati calumniam inferat, si tales sunt non modò tentari, sed retiam superari? videntur, metuerunt; digni fuerunt, ut superarentur. Ragiunt suas ipsi tenebras, neque cœlesti igne molhanur, qui intellectu lumini cœtitatem, in voluntate & affectu, motui diuino duriciem & obstinationem prætulerunt. Parcit sagittis jaculator, cum eas videt in saxum incidisse, unde resiliunt, eoq; libenter dirigit, ubi sentit locum esse penetrandi.

C A P V T L VI.

Hominis esse vitium, si cadat; meritum, si vincat. Quod in pluribus exemplis demonstratur.

Viloricas, galeasque, aut clypeos fabricant, plumbeorum glandium jaculatione ea probant, eorumque experiuntur firmatatem. Arma, quæ globum sustinent, probata; quæ admittunt, inidonea censemur & mala. Quo experimento armæ non sunt, sed ostenduntur dum taxat esse mala; nam si bona probaque fuissent, ictum innoxia sustinissent. Ad eundem modum tentatio, plerumque hominem non efficit improbum, sed qualis sit, manifestat. Malè compacta nauis etiam leui tempestate soluitur; rupes decumanis quoque fluctibus, sine domno, quatuntur. Illud discrimen Seruator indicauit ex- Matt. 7. 24. emplo sapientis, domum suam supra petram edificantis; & stulti edificantis super arenam. Iisdem pluvijs, iisdem fluminibus, iisdem ventis utraque concutiebatur: domus sapientis stetit, stulti collapsa est. Quis in causa fuit, ut collaboretur? an venti? an flumina? an pluviæ? nequaquam. Alioquin enim etiam domus sapientis corruisset. Causa igitur fuit, arena, in qua domum suam stultus ædificator male fundauit: non cecidisset, si fundamentum firmum posuisset. Ex quo, ut Cassianus colligit, satis Cassian. Col- apparet, domum, aut conscientiam stulti non corruisse, propter- lat. 18. c. 13. ea quod à temptationibus essent concusse, quas pluviæ, flumina, & venti significant: cum sapientis domus eisdem concussa non corruerit. Causa igitur fuit, quod fundamenta illius domus

I.

H h h non

non essent firma: quia stultus fundauit super arenam, qui prouidere debuisset, inde illi periculum imminere. Itaque non hinc à stulto sapiens, neque justus à peccatore discriminatur, quod vnuus tentetur, alter non tentetur; sed quod sapiens etiam magnis temptationibus non vincatur, inde fit, quia bene est in virtutibus fundatus: quod autem stultus superetur subinde etiam à leuibus temptationibus; idcirco contingit, quia debile posuit fundamentum, & cadere assuevit, neque diuinæ voluit gratia cooperari, more Deum amantium. Hoc est, quod Christus do-

Matth. 24. 40. cuit, quando dixit: *Duo erunt in agro: vnuus assumetur, & vnuus relinquetur: duæ molentes in mola; una assumetur, & una relinque-*

Luc. 17. 34. *tur; itemq; apud Lucam: Duo erunt in lecto uno: vnuus assume-*

Apud Iansen. tur, alter relinquetur. Quibus tribus hominum generibus Re-

ibid.

magius, tres hominum status intelligit, Matrimonij scilicet, Continentiz & Prælationis, qui etiam alibi per lob, Danielem, & Noë significantur. In his omnibus statibus temptationes sunt, quibus fortiter superatis, alij, in cælesti gloria, coronabuntur; alij victi in æternas flamas projicientur. Quid igitur causa est, vt ijsdem temptationibus pulsati alij superent, alij superentur? Non Deus, qui succurrit omnibus sufficienter, & omnes homines vult saluos fieri; sed ipsi homines, qui malis opera actionesq; suas superædificant fundamentis. Exemplis veritatem hanc illustremus.

II.

Gen. 4. 5.

Duo erant in agro, ijsdem progenitoribus nati, Cain & Abel; vnuus assumptus est, & alter relictus. Quia dispera fuere utriusque fundamenta. Cain erat ambitiosus, & non tam honorare Deum volebat, quam à Deo ipse honorari. Cupiebat enim, vt Deus ad sua munera respiceret, ijsque cælesti igne absumptis, ostenderet, sibi eius sacrificium gratum extitisse. Quod quia non Caino, sed Abeli fecit Devs, Cain inuidiæ conflagravit. Aliud fundamentum erat Abeli, illi enim erat animus & pura simplexque voluntas vni Deo placendi, eiique præstantissima quæque, quæ possidebat, sacrificandi. Cur non & Cain oues obtulit? cur non & ille agnos victimauit? Certè habuit, sed male dimisit, cum Conditori suo deteriora dedit, optimis sibi referuatis. Non fuerunt igitur in conspectu Dei accepta, tam

ingra-

ingratā & auarā manū immō & tam ambitioso animo porrecta.
Quis in culpa fuit? Nonnē ipse Cain, qui vtique idem, quod
Abel, facere potuisset? & sanè etiam debuisset. Alterum patr.
fratrum aspice Esau & Iacob; illum DEVS odio habuit, hunc di- Rom. 9. 13.
lexit; erant hi duo in vna mola molentes lentem, vnum assume-
batur, alter relinquebatur: quia diuersa vtrique mens, diuersum
erat fundamentum. Esau sibi in fundamentum posuit amorem
proprium, & sensum carnis. Nam, vt gulæ suæ indulgeret, ven-
dedit jus primogeniturae. Iacob electus fuit, quia domum posuit Gen. 25. 30.
supra petram, fiducia enim in Deum innixus, ad diuinam opem,
in omni sua tribulatione, per orationem, confugiebat. Nonnē
idem facere poterat Esau? Sed præualuit in eo voluptas; quia
alia illi fuit voluntas: sensum quærebat, Deum perdebat: Iacob
autem cibum perdidit, Deum inuenit, nec pluris fecit lentem
quam benedictionem. Imagines erant hi duo fratres piorum
& impiorum. Quantillam voluptatulam accipiunt impij, &
vendunt cælum! Deum ipsum Iudas vendidit triginta argenteis.
At, qui diuina sapiunt, nec totum quidem Mundum acciperent,
vt Deum vel leuissimè offendenter, immō, ne offendant, totum
mundum relinquunt.

Considera & alios fratres. Cham, nudatum in patrem cùm III.
incidisset, quod tegere debuisset, nuntianit duobus fratribus suis Gen. 9. 22.
foras. At verò Sem & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, &
incidentes retrorsum, operuerunt verenda patrii sui, faciesq; eorum
auersa erant, & patrii virilia non viderunt. Nonnē idem facere
vel hi, quod Cham; vel Cham, quod hi, potuissent? Sed in illo
erat maligna voluntas, in his amor honestatis. Meritò igitur
enigilans Noë ex vino, cùm didicisset, qua fecerat ei filius suis minor,
ait: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Di-
xitq;: Benedictus Dominus Deus Sem, fit Chanaan seruus eius. Di-
latet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, fitq; Chanaan
seruus eius. Ad eundem modum Deus maledicit maledictio-
nem merentibus, & benedictione dignis benedicit. Penes quem
fuit, vt Cham maledictionem mereretur? nonnē penes ipsum,
quem ad impudentissimum aspectum, non vtique Dei, sed sua
petulans impietas adegit?

IV.
Ruth. 1. 8.

Vis alias duas animas moleentes in mola videre, quarum, una assumpta, altera relicta fuit? intuere Orpham, & Ruth eius vel sociam, vel sororem. Neque enim in una modò ciuitate, & inter eosdem idololatras educatae, sed etiam, ut quidam, apud Abulensem, volunt, eadem matre natæ fuerunt, cum Noëmi ad illas dicat: *Ite in domum matris vestre*, non matrum vestrarum; quod dicere oportebat, si duas matres habuissent. Ha duæ sorores duobus nupserant fratribus ex filiis Israël, filiis Noëmi. Igitur ambæ eamdem à Deo habuerunt vocationem; ambæ sororum suam Noëmi poterant comitari, & adeò veræ religionis legem amplecti: ambæ iisdem temptationibus fuerunt agitatae: ambas amor patriæ, ambas parentis affectus, ambas notorum amicorumque familiaritas, ambas Deorum suorum inueteratus cultus domum retrahebat, impediebatque ne Noëmi sequerentur. Et tamen veriusque factum, congladiumque fuit plane diuersum. Orpha maior natu, temptationibus succubuit, & ad idola rediuit; Ruth natu minor, temptationibus superior idola deseruit, & triumphauit. Cur id & altera facere non potuisset! Non fecit; in causa fuit, noluisse.

V.

Mitto Iosephi innocentiam, & mansuetudinem, fratrumq; eius malitiam atque immanitatem. Eodem patre omnes fuere geniti, non tamen eadem virtute prædicti, in diuersum abierunt; non quò eos Deus traxit, sed quò luot & vindicta impulere. In regibus id ipsum ostendo, & quidem primis illis, Saule & Dauide. Corruit domus, non fecit regnum Saulis, non corruit domus, sed stetit regnum Daudis. Vicerque rex, & quidem eiusdem populi, enim uero à Deo vocatus, & imperio uictus fuit; sed non vterque super eodem fundamento regnum adi-
1. Reg. 15. 23. cavit. Ille, spreta obedientia Deo debita, mantelo quodam religionis, & prætextu sacrificandi, suo judicio nixus, ut faceret, quod vellet; quod Deus voluit, non fecit. Melius lirasset, si voluntatem potius, quam bowes, obtulisset. David sceptrum stabiliuit, quia cor suum secundum cor Dei direxit. Potuisse & Saul cor suum sic aptare. Sed non erat illi commodum differre victimas; ita more communissimo magnatum nō se religioni, sed sibi religionem accommodauit; hoc est, non voluit ipse
Deo,

DEO, sed DEVM sibi seruire. Quod fundamentum, cùm sit futile
& peruersum, necesse fuit regnum illius collabi.

Quid? non in eodem agro dumtaxat, sed etiam in vno
eodemque templo fuerunt Pharisæus & Publicanus, quorum
vnuſ assumptus, alter relictus est. Nam inflatus superbia Pha-
risæus in ventis atque inani gloria ædificauit; eapropter flue-
runt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina
illius magna. Excidit enim Pharisæus, & omnia illius jejunia,
omnes decimæ, omnes eleemosynæ perierunt in superbia scopu-
los allisæ. Quis eas allisit? nonnè ipse, cuius oratio, fuit jacta-
rio? & affectus, aliorum contemptus? Publicani autem preces
sunt auditæ, quia oratio humiliantis se penetrat nubes. Optimum
fundamentum fuit humilitas & contemptus sui. Itaque utrum-
que contemptus promovit, sed Publicanum contemptus sui,
Pharisæum contemptus aliorum; illum, ut justificaretur, hunc,
ut condemnaretur. Potuisset & Publicanus contemptum hunc
in alios, & Pharisæus in se ipsum torquere: sed assumptus est
Publicanus, qui nixus est veritate; projectus Pharisæus, quia
cùm mille sui ipsius contempnendi causas, non secus atque Pu-
blicanus haberet, alios ingenti vanitate contempnit. Numquid
non justum fuit judicium Omnipotentis?

VI.

Luc. 18. 10.

Match. 7. 27.

Ecli. 35. 22.

Sed & Apostolos consideremus. Cecidit Petrus, cecidit
Iudas. Ille Christum negavit, hic etiam vendidit. Vterq; Apo-
stolus fuit, utrumque in suum assumptum Dominus comitatum: Matth. 26. 69.
utriusque corpus suum in escam, & sanguinem in potum præbuit.
Vterque prævaricatus est. Ille fuit negator, iste proditor. De-
nique vterque suspensus est, ille in cruce, hic in arbore. Sed ille
assumptus est de cruce ad cælum, sessurus super vna duodecim
sedium, & Mundum totum judicaturus; iste de arbore raptus est
ad Orcum, avaritiae, furci, proditionis, ingratitudinis, despera-
tionisque sua poenas æternas luiturus. Vnde hæc diuersitas? in-
ter tot rebus parens, quare tam dispar est exitus? Nimirum diuer-
sis fundamenti erant inædificati. Petrus in petra (petra autem Luc. 18. 61.
erat Christus, qui respexit Petrum) Iudas in crumena. Petrus timore
peccauit, Iudas cupiditate. Petrus non diu in peccato per-
manuit: Iudas deliberatè deliquit. Nam vix tertia vice Petrus

Luc. 18. 61.

Hhhh 3 nega-

614 Cap. LVI. Exempla feliciter, vel infeliciter tentatorum.

Matth. 16. 74. negaverat, cùm continuò gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi IESV quod dixerat: Prìus quām gallus cantet, ter me negabis. Et quamvis Petra, mollis tamen erat Petra Petrus. Quando enim conuersus Dominus respexit Petrum, statim egressus foras fleuit amarè. Impletum est ergo illud: Illuxerunt fulgura eius orbitera: vidit, & commota est terra. Montes, sicut cera fluxerunt à facie Domini. Admisit namque solem Petrus, &, cera instar, in lachrymas diffluxit; neque enim animo fuit indurato. At Iudas, quia diu facinus secum agitauerat, quia dudum jam fur erat, quia abierat in concilio impiorum, Iudæorum & Pharisæorum, quia dux fuit eorum, qui IESV vincula iniecerunt: quia osculo Filium hominis tradidit, induravit in scelere, & in saxum mutatus, immò silice durior factus (siquidem è silice Moyses aquam eiecit, è Iuda Christus lachrymam vnam elicere non potuit) à tanto sole non est colliquefactus. Nam & illum sol respexit, lumineque tanto perfudit, ut criminis sui immanitatem non igno.
Matth. 27. 3. raret. Audi Matthæum: Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quidamnatus esset; pœnitentia ductus retulit 30. argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem justum. Quantum hoc lumen fuit? nonne peccatum suum agnouit? nonne pactum retractauit? nonne noluit, Christum esse damnum? Enim uero pœnitentiā ductus, etiam de restitutione iniustæ pecuniae cogitauit, & retulit 30. argenteos ad eosdem, à quibus, iniuste accepit? Quin & in publicam, coram principibus sacerdotum & senioribus, confessionem erupit dicens: Peccavi tradens sanguinem justum? Quanta hæc confessio fuit? Hæc omnia à Christo illum clementer respiciente atque illuminante. Sed ille lumine non cum Petro in fletum salutarem, non in vita emanationem, verùm in desperationis consilium vsus, proiectis argenteis in templo, recepit: & abiens laqueo se suspendit. Potuisset qui cum Petro peccauit, cum eodem veram agerere pœnitentiam: non egit, non quia non potuit, sed quia non voluit. Ut non veller, justè permisso est, immò & nobis utiliter: Sic enim discimus iustissima Dei judicia formidare: & non cum Iuda facere imperfectam peccatorum confessionem. Nec enim iste tantum peccauit tradens sanguinem justum, sed etiam murmurator erat,

sed

sed fur erat, & jam dudum harpagando se se ad proditionem faciendam disponebat.

Eiuscmodi diuersitatem etiam in duobus latronibus, qui utrimque Christum in ligno pendentem stipauerunt, luculentum exemplum propositum habemus. In eodem agro nequitiae, in eadem naui crudelitatis, in eadem homicidij mola deliquerunt. Damnantur ambo: ducuntur cum Christo ad supplicium *Luc. 23: 39.* ambo: ambo suspenduntur: ambo, in ipsa lethi janua, vident, audiuntque Christum Salvatorem; prodigia Solis & Lunæ cernunt ambo; ambo, terra contremiscente, in crucibus suis concutiuntur. Quin & ambo, ut volunt Origenes, Athanasius, Hilarius, Chrysostomus, alijque multi & magni authores, paulò antè, conuicia coniecerant in Redemptorem. Quàm in omnibus rebus pares dispari morte defuncti sunt? Vnus post conuicia in Christum jactata, patientia, mansuetudine, miraculis motus, credidit; alter in infidelitate persistit; vnum, sarcasmi vice, timorem prædicavit, alter conuiciari perrexit: vnum eodem adhuc die cum Christo fuit in Paradiso, alter de cruce lignea ad igneos cruciatus, & æternos gemitus descendit. Vnde hoc discrimen? Non in Christo, qui medius pendens æquè vni ac alteri vicinus fuit; & eadem miracula vtriq; spectanda exhibuit. Sed vnum ferrea & obstinata voluntas perdidit; alter in se descendens dignum se suo supplicio, indignum cruce Christum agnouit. Itaque lucem à diuina sapientia effulgentem acceptauit, eamque secutus Christum, & sua delicta confessus meruit intrare in Paradisum. Quemadmodum & alter meruit in Acheruntem præcipitari, quia diuinum lumen & nutum repudiavit. Itaque cùm vterque in mola esset impietatis, rotaque scelerum verretetur, quam crudelitas agitabat; alter fuit electus, vt esset vas misericordia, in quo Christus fidem, humilitatem, pœnitentiam, diuinamque suam gratiam depositus; ipso etiam ad gratiæ acceptationem cooperante; alter vero fuit in suis flagitijs, malitiaque relictus, tamquam vas ire, à Deo, ob culpam obstinationemque suam pertinacissimam reprobatum.

Duo hinc trahenda sunt documenta. Primum est, eos, qui à tentationibus victi percunt culpam non Deo, sed sibi met ipsi

VII.

Athanasius
serm. conix.
omnes hære-
ses. Iuuenc.
lib. 4. hist.
Euangelij

Rom 9: 22.

IX.

attit.

attribuere oportere. Nam, si quidem ipsi eas vincere voluissent, nequaquam eis gratia sufficiens ad vincendum defuisse. Vnde

Osee. 13. 9.

meritò. O ea teste, ait justissimus iudex: *Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum,* quod est alterum documentum; scilicet, sicut unusquisque culpa proprij arbitrij in agro, mola, lectione suorum flagitorum relinquitur; ita, si inde assumatur tamquam vīctor & cum triumpho in cālum, id non suā voluntati ac merito tribuere, sed diuinā gratiā adscribere debere, sine qua nulla voluntas potest tentationes superare, & per victoriā,

Phil. 4. 13.

1; Cor 15. 10.

ad coronam gloriamque peruenire; cum qua omnia potest, in eo,

1; Cor 15. 10.

qui eum confortat. *Gratia Dei mecum ait.* Ehi namque prima gratia purè gratis datur à Deo, qui nos non elit ex præuisa sanctitate vsuque gratiæ, sed ex mero suo beneplacito; adeoque non quia homo est melior: tamen ut fiat bonus & melior, datur; vel

Ephes. 1. 4.

sicut Apostolus loquitur, ut essemus sancti, ut gratia benē vtere-

mur, & sanctificemur, nobis gratiam illam confert; cui conser-

tire, vel dissentire, est in nostra potestate. Est enim firmum fun-

damentum, non suā naturā, non ingenio, non proprijs viribus,

& judicio, non industriæ, sed diuinæ misericordiæ, prouidentiæ,

meritis Christi, vocationi ceterisque muneribus à Deo acceptis,

& gratia supernaturali inniti, quæ nostram imbecillitatē p̄a-

uenit, comitatur, excitat, & confortat, & subsequitur, ut per-

seueremus; sine qua æquè atque alij essemus imbecilles, æquè

improbi, æquè succumberemus, atque alij qui, diuino auxilio

spreto reiectoque, à malo dāmone temptationibusq; superantur,

damnantur, & ternūm cruciantur. Quid ita? quia vocanti Deo

non annunt, diabolo obediunt; suis viribus fidunt; sibiq; ascri-

bunt, quæ per diuinam aliquando gratiam sunt operati. Hinc

sicut alij Ecclesiæ Doctores & lumina cælestes honores merue-

rant, se se humiliantes; ita alij inflati scientiā, aut sibi de præte-

ritate sanctitatem plandentes, in profundū demersi sunt, quasi plum-

bum, etiam si priùs columba cæli & Ecclesiæ viderentur, & an-

nos plurimos sancte pieque vixissent; uti Hosio, Lucifero Cala-

ritano, Origeni, Tertulliano, & multis Religiosis contigit, qui

non raro, à vocatione & Religione sua sanctissima; immò eti-

am à

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100. 1. 100

100.

Cap. LVII. Alia causa, ob quas homines tentantur. 619
amà fide Catholica apostatarunt, alijs omnem in Religione sus-
tinentibus vitæ austoritatem; ut appareret, multum inter vinum
& vappam interesse.

C A P V T L V I I .

Alia oomplures justissima causa, ob quas equissimus totius
Mundi Gubernator homines, etiam charissimos,
tentari vexarij permittit.

Sæuola olim dixit: Et facere, & patifortia, Romanorum I.
est. Nec Romanorum tantum, sed prorsus omnium Liuius dec. 1.
virorum magnorum. Ignotus est Hercules, si fortia lib. 2.
non & fecisset, & sustinuisse. Iuno, dum in eum tot monstra-
immisit, clarum fecit. Non enim à segnitie atque otio, non à
delicijs & voluptate, sed à duodecim laboribus suis celebratur.
Igitur fortitudinis est pariter, & honoris palæstra, tentari. Sic
enim offertur & certandi occasio, & vincendi, gloriamque con-
sequendi ansa. Atque hoc ipsum Seneca spectaculum dignum Senec. lib. de
appellat, ad quod respiciat intentus operi suo Deo, nempe prouid. cap. 2.
virum fortem cum mala fortuna compositum, nihilque in terris
habere pulchrius affirmat, si conuertere animum velit, quām vt
spectet Catonem, jam partibus non semel fractis, stantem, & ni-
hilominus inter ruinas publicas erectum. Et qua re magis ille
patientiae Deus & solatij, in terris, gauderet, quām militum
suorum fortitudine, victorijsque contra Orcum & Mundum
reportatis? Quare alia magis lataretur, cām nullā magis lau-
detur? nullam magis amet? Eamdem ob causam, & illi, qui
Deum impensè amant, nihil scientiis querunt, quām vt, pro
nomine eius, contumeliam pati digni habeantur. Seruo enim
fidelis nihil est jucundius, quām id praestare, ex quo jucundita-
tem capere & oblectari dominus sūns possit. Neque id semel
dumtaxat, sed in omni vita; immò & in ipsa morte ac tormentis.
Hic ille est fructus pacatissimis iustitia, quem exercitati in Hebr. 12. 11.
disciplina percipiunt, licet in præsentि videatur non esse gaudij,
sed inceroris. Quemadmodum enī in gymnasij exerceitati,
dum in arena versantur & luctantur, inque ipso certamine, ob
spem victorij & brauij, incredibilem quamdam animo latitiam

l i i i per-